

105 [=70] Catanzari in aede maiori.

PATER · ET · CLAVDIA · ICO  
MATER · FILIO · PISSIMO  
FECERVNT

Gualterus n. 315 = 393.

## VI. CROTO (Cotrone). Tribu Cornelia.

Κρότων sive Croto urbs eodem nomine et Graecis et Latinis appellata est, nisi quod hi labente aetate ut in aliis similibus ita Crotonam quoque pro Crotone dixerunt (v. itineraria supra p. 1). Oppidi antiquum splendorem aetate Graeca et auctores testantur et nummi adhuc declarant. Sed ut Crotoniatae quondam vicinos Sybaritas devicerant, ita ipsi primum ad Sagrum victi a Locrensibus, deinde a Dionysio et Agathocle oppressi etiam magis Pyrrhico bello fracti sunt oppidumque olim late patens vastum factum et quodammodo desertum (Liv. 23, 30, 6. 24, 3, 1). Romani eo potiti sunt post id bellum a. 477 (Frontin. strat. 3, 6, 4). Bello Hanniblico post pugnam Cannensem a Romanis defecerunt (Liv. 22, 61. 23, 30. 24, 2. 3 cf.

29, 36. 30, 19; Appian. Hann. 57; Silius 11, 18). Eo finito a. u. c. 560 Crotonem colonia deducta est civium Romanorum; deduxerunt tres viri Cn. Octavius, L. Aemilius Paulus, C. Laetorius (Liv. 34, 45; cf. Dionys. 1, 26). Deinde nominatur tantummodo (Cicero ad Att. 9, 19, 3; Mela 2, 4, 68; Plinius 3, 11, 97; Ptolemaeus 3, 1, 12), nisi quod mores corruptos incolis exprobrat Petronius (c. 116. 124). Etiam belli Gothici scriptor Procopius eius quibusdam locis (3, 28. 30. 4, 25. 26) meminit. Colonia autem, ut par est, mansit (n. 110) recta a duoviris (n. 107). Post Gualterum qui edidit titulos Crotonenses NOLA-MOLISI *cronica di Cotrone* (Neapoli 1649. 4 pp. 208) eosdem fere dedit quos meliore forma iam habebamus a Gualtero.

106 [=72] ara alta palm. 2 centes. 93, larga p. 1 cent. 21, sertis et bucraniis exornata, rep. a. 1843 prope Crotonem *al capo delle colonne* in agro archidiaconi ecclesiae cathedralis Crotonensis inter rudera aedis antiquae.

HERAE LACI  
NIAE · SACRVM  
PRO SALVTE MAR  
CIANAE · SORORIS  
5 AVG · OECIVS  
LIB · PROC  
Ioh. Santulli *Poliorama pittoresco* a. 9 (1845) p. 368; Nic. Leoni *magna Grecia* 3 (1845), 143; aeri incidit Vitus Capialdi *di un' ara dedicata a Giunone Lacinia* Neap. 1846. Henzen 5662.

Aedem Iunonis ad promunturium Lacinium novit iam Scylax c. 13 ibique aliquando universi Italici congregabantur (Aristoteles mir. ausc. c. 99). Romana quoque aetate saepe mentio eius fit cum in rebus Hannibalicis (Cicero de div. 1, 24, 48; Liv. 24, 3. 28, 46 cet.) tum postea (Liv. 42, 3. 28.; Val. Max. 1, 1, 20; Strabo 6, 1, 11, p. 264). Inde ipsum promunturium iam in itinerario maritimo non Lacinium dicitur, sed *Naus* (vide supra p. 1), hodieque appellatur *Capo Nau* vel a ruinis quae fuerunt *Capo delle Colonne*.

107 [=74] Crotone extra muros ad S. Franciscum VAT. 5249; in arce GVALT.; ubi itur ad aediculam S. Dionysii NOLA.

FVTIAE · C · F  
· LOLLIANAE

FILIAE · PISSIMAE · C · FVTI  
VS ONIRVS ITERVM II · VIR ITEM  
5 DEDIT · DECVRIONIBVS HS X N  
VT EX VSVRIS EORVM QVOD  
QVOD ANNIS VII IDVS APRILES  
NATALE FILIAE MEAE EPVLAN  
TES CONFREQVENTETIS  
10 HS CCCC N ET IN PROFVSIONI  
BVS HS CC N NEQVE IN ALIOS  
VSVS CONVERTATIS  
L D D D

Contulit Kaibel. Ioh. Bembus ms. f. 99' eodemque exemplo Anonymus cod. Vat. 5249 f. 24' qui descripsit a. 1471 d. 25 Dec.; Marinus Sanutus ms. Ver. f. 261; Gualterus n. 310 = 386 (inde Spon misc. p. 161; Donat. 253, 4 ex Sponio; Fabretti 221, 587; Orelli 4414); Nola-Molisi p. 102 (inde Gud. ms. 795, 2).

Vv. recte dividerunt praeter Kaibelium Bembus et Anon. — 7 APRILE/ Kaib. — 10 litteras duas primam postremamque, item v. 11. 12 non vidit Kaibel latentes sub solo. — PROFVSIONE | EIVS Vat. 5249 et Bembus. — Sanutus sic corrupit: FVRIE·PVELLAE·G·F·LOLIANA·FILIA·PISSIMA·L·P·D reliquis omissis.

108 [=75] Crotone in ecclesia S. Angeli.

FVTIAE  
C · FIL  
LOLLIANAE  
FILIAE PISSIMAE  
5 C · FVTIVS · ONIRVS  
L · D · D · D

Ioh. Bembus f. 100; Nola-Molisi p. 103 (inde sine dubio Mur. 4106, 6 a Zavarronio). Nola vv. continuat. — 4 FILIA Bem. — 6 om. Nola.

109 cippus magnus Crotone ante ecclesiam S. Iosephi.

IVLIAE · C · F · PREPIDI  
C · IVLIO · C · F · GLAGO  
SEPTIM · *prep*VSA FILIAE PISS  
SIMAE ET NEPOTI OB DEDICA  
5 TIONE HVIVS STATVAE DEDIT DE  
CVRIONIBVS LIBERISQUE EORVM  
SINGVLIS HS VIII N *augusta* LIB  
LIBERISQVE EORVM *singvl*  
HS · VI · N · POPVLO VIRITIM HS IIII  
10 N *feminis* HS II N  
CIVLIVS ANTHVS////////VSALIB  
I//NSLIRENDM/S/////////  
/////////  
/////////  
15 L D D D  
G N // // // // // // //

G. Kaibel descripsit titulum lectu difficilem. Traduntur haec: 1 PREPIDE. — 3 SEPTIM·RHTIVSA — 6 LIBEPI//I·IOIVM. — 8 IORVM//^VE. — 10 IIMINIS — ANTHVS vel MIIVS. — 16 scriptus in basi videtur esse a manu diversa.